

(11) Bernardo de Quintaval fué el primero que siguió a San Francisco.

(12) Otros dos compañeros del mismo santo.

(13) No necesitamos justificar el empleo que aquí hacemos de esta voz, por más que se use en sentido de imprimir afrenta. En el de marca de esclavitud, bien pueden tomarse en este caso las llagas a que alude el texto.

(14) Santo Domingo, de cuya Orden era Santo Tomás. Pero el decir *nuestro patriarca*, ¿confirmará la aseveración de que Dante vistió hábito religioso?

## OFICIO PARVO DE SAN FRANCISCO

*Por ser este bellissimo Oficio tan desconocido que ni aun en los BREVIARIOS SERÁFICOS se incluye, lo trasladamos aquí.*

### AD MATUTINUM

*Invitat.*—Jesum Christum mortem passum venite adoremus. Et Franciscum huic compassum devote collaudemus.—Venite exultemus.

### HYMNUS

Jesu, puer dulcissime.  
O amans amantissime,  
Qui natus in præsepio,  
Mundum replesti gaudio.  
Franciscus post te clamitat,  
Bethleem puer ingemitat,  
Liquore mellis dulcius  
Sonat Mariæ filius.  
A quorum pari stabulo  
Carnis in hoc ergastulo,  
Tan santum mater filium  
Parit de spinis filium.  
Glorie tibi, Domine, etc. Amen.

*Antiphona.*—Quasi stella matutina, quam decora lux divina perfusus novo lumine, mundi, carnis et serpentis, pro salute nostræ gentis, victor superno numine.



*Psalm.*—Misericordias Domini in æternum cantabo, etc.

† Iste puer magnus coram Domino,  
 ¶ Nam et manus ejus cum ipso est. Pater noster.

*Absolutio.*—Precibus et meritis B. Francisci, et omnium sanctorum perducatur nos Dominus ad regna cœlorum. Amen.

Jube domine benedicere.

Francisci sacra lectio hæc nostra sit profectio.

*Lectio I.*—Sancte Francisce pater dulcissime, nostræ militiæ ductor fidelissime, ora pro nobis Mariæ Filium, ut per te det nobis refrigerium, qui te nobis misit in sæculum. Tu autem, Domine, miserere nostri.

¶ Candida sidereum speculantur corda tonantem; indicium candor virginitatis habet.— Dum tua seraphico signatur, lumine membra.—Indicium.

*Lectio II.*—Sol oriens mundo in tenebris, amator castitatis, perfectus evangelicæ relator paupertatis, purus angelicæ obedientiæ sectator, qui gregis es seraphici dux, Pastor, Christo gratus, Minorum splendor gloriæ, cum seraphim beatus, ora pro nobis æterni Filium Patris, ut nos ducat ad gaudia supernæ civitatis.

¶ Incluta Seraphici resonent miracula patris; cujus in extincto corpore frondet amor.— Clarus Evangelicæ semper novitatis amator.—Cujus.

*Lectio III.*—O martyr desiderio seraphici ardoris, Francisce, cultor gloriæ angelici decoris in passione Domini aquas rigans mœroris, cum Christo passo gladio confixus es doloris; conversus cor in speciem tu cerei liquoris impressam fers imaginem sic nostri redemptoris.

¶ Sanguine adhuc tepido (quis credere posset?) Odo-  
 re nectaris etherei stigmata quinque virent.—Santa-  
 que sacrati pia vulnera corporis undas, gurgite adhuc  
 vivo sanguinis eliciunt. — Odores. — *Te Deum lauda-  
 mos*, etc.

#### AD LAUDES

*Ant.*—Hoc tibi seraphico signavit lumine corpus;  
 tempore que doluit Jesus amantis amans.

*Psalm.*—Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo.

*Capitulum.*—Quasi terebinthus extendi ramos meos, et quasi vitis fructificavi flores odoris et honestatis.

#### HYMNUS

Aurea cœli sidera micant,  
 Lucifer alto lumine fulget,  
 Aëris atræ fugite nubes,  
 Falsaque mundi gaudia cessent.  
 Ferrei luxus spernite sæcli,  
 Callidus ipse fugiat hostis  
 Lumine claro cernite verum  
 Seraphim senis clarior alis  
 Imprimit sacro stigmata viro.  
 Inclita summo gloria regi. Amen.

† Signatus cum signo Dei vivi,  
 ¶ In domo eorum qui me diligebant.

#### ORATIO

Omnipotens sempiterne Deus, qui unigeniti Filii tui gloriosa nativitate mundum visitans humano generi remedia contulisti, quique hunc iterum à via veritatis errantem per Beatum Franciscum confessorem tuum ad lumen justitiæ revocare dignatus es, da quæsumus ut qui ex iniquitate nostra relabimur, pietatis tuæ gratia sublevemur. Per...



## AD PRIMAM

DE VOCATIONE ET CONVERSIONE SANCTI FRANCISCI  
PRO SALUTE MUNDI

## HYMNUS

Ab ortu solio volitat  
Ascendens alter angelus,  
Tam clara voce clamat  
Splendore miro fulgidus.  
Franciscus orbis speculum  
Luce perfundens sæculum  
Signo fulgens mirifico  
Decoreque seraphico. Amen.

*Ant.*—Bina percussis jam lucent sidera flammis.  
Sidera divina juncta calore simul,  
Ignibus in mediis liquido cum corpore corpus  
Empyreum fixi signa gerens Domini.

*Psalm.*—Benedicam Dominum in omni tempore.

*Capit.*—Beatus vir qui legit, et audit verba prophetiæ hujus, et servat ea quæ in ea scripta sunt: tempus enim prope est.

† Lux orta est justo,  
‡ Rectis corde lætitia.

## ORATIO

Deus, qui per Beatum Franciscum confessorem tuum, labentem Ecclesiam reparare disponens, seraphicam religionem plantare voluisti: da ut per ejus exempla ad te gradientes liberis tibi mentibus servire mereamur. Per...

## AD TERTIAM

DE INSTITUTIONE ORDINIS ET REGULA B. FRANCISCI

## HYMNUS

O civilis cœli curiæ,  
Supernæ patris patriæ,  
Ad laudem Jesu nominis  
Confer medelam languidis.  
Vas plenum bonis omnibus,  
Cunctis olens virtutibus  
Odoris miri lilium  
Dei sequendo Filium.  
Post Patrem tantæ gloriæ  
Tantæ ducem victoriæ  
Post hanc columnam luminis  
Crucem portemus humeris. Amen.

*Ant.*—Tres ordines hic ordinat, primumque fratrum nominat Minorum, pauperumque fit Dominarum medius, sed Pœnitentiam tertius sexum capit utrumque.

*Psalm.*—Cœli enarrant gloriam Dei.

*Capit.*—Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, et misericordia, et super Israel Dei.

† Justus ut palma florebit,  
‡ Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

## ORATIO

Deus, qui populum tuum per Moysen ducem de manu Pharaonis, ac Ægypti ergastulo liberare dignatus es, da nobis famulis tuis, ut quem in terris militiæ nostræ ducem cognovimus, ipsum quoque ad celestem gloria sequi mereatur. Per...



## AD SEXTAM

DE STUDIO ORATIONIS SANCTI FRANCISCI, AC SPIRITU  
PROPHETIÆ

## HYMNUS

Summa Deus Trinitas,  
O mera Christi charitas,  
Francisci contemplatio,  
Sit nostra meditatio.  
Seraphicis ardoribus  
Solvamur in mœroribus  
Mixtumque fletu gaudium  
Sit nobis refrigerium.  
Devotæ mentis oculo  
Ploremus in hoc sæculo  
Amara Christi passio  
Hæc nostra sit compassio. Amen.

*Ant.*—Multum amat quem inflammat amor ille seraphicus: in quo duplex requievit spiritus propheticus.

*Psalm.*—Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, etc.

*Capit.*—De omni corde suo laudavit Deum, et dilexit eum qui fecit illum, et exaudita est oratio ejus.

† Esto fidelis usque ad mortem,  
‡ Et dabo tibi coronam vitæ.

## ORATIO

Adsit nobis quæsumus, Domine Jesu Christe, beatissimi Patris nostri pia, humilis et devota supplicatio, in cuius carne prærogative mirabili, passionis tu sacrae stigmata renovasti, et præsta ut passionis tuæ circa nos beneficia jugiter sentiamos. Per...

## AD NONAM

DE OBEDIENTIA CREATURARUM AD BEATUM FRANCISCUM

## HYMNUS

Septem diurnis laudibus  
Colatur vir seraphicus,  
Supernæ civis patriæ  
Sanctæ que dux militiæ.  
Ferarum cadit feritas  
Et avium velocitas;  
Qui creaturis imperat,  
Se totum Christo consecrat,  
Æterno regi gloria,  
Per quam reguntur omnia  
Francisci piis precibus,  
Fruamur nos cœlestibus. Amen.

*Ant.*—Quidquid in rebus reperit delectamenti regerit in gloriam factoris.

*Psalm.*—Quid est homo quod minor es ejus?—Etc.

*Capit.*—Posuit Dominus timorem illius super omnem carnem, et dominatus est bestiis terræ, et volatilibus cœli.

† Gloria et honori coronasti eum, Domine,  
‡ Et constituisti eum super operam manuum tuarum.

## ORATIO

Ecclesiam tuam, quæsumus Domine, benignus illustra, quam beati Francisci meritis et doctrinis illuminare voluisti, ut ad dona perveniat sempiterna. Per...

## AD VESPERAS

DE IMPRESSIONE SACRORUM STIGMATUM B. FRANCISCI

*Ant.*—Crucis magnum mysterium super Francisco claruit, dum signatus apparuit cruce duorum ensium.



*Psalm.*—Laudate Dominum omnes gentes.—Etc.

*Capit.*—Ecce ego Joannes vidi alterum angelum, ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi.

## HYMNUS

O lux de luce prodiens,  
Francisci corpus feriens,  
Cælumque replens gaudio  
In majestatis solio.

Paternæ splendor gloria  
Signum gerens victoria  
Spes, amor et protectio,  
Jesu nostra redemptio.

Hoc novæ lucis radio  
Confixus est ut gladio  
Honore fulgens regio,  
In cælesti collegio.

In volis, plantis, latere,  
Signatur hoc caractere,  
Quo felix jam per sæcula  
Plaude turba paupercola.

Uni trinoque Dōmīno  
Sit gloria sine termino,  
Te nostra laudent carmina,  
O gloriosa Dominā. Amen.

† Signasti, Domine, servum tuum Franciscum,

℞ Signis redemptionis nostræ.

## AD MAGNIFICAT

*Ant.*—O cui sacratas licuit contingere plagas, Cæsaris empyrei dulcis amator, ave.

## ORATIO

Omnipotens sempiterne Deus, qui frigiscente mundo, etc.

## AD COMPLETORUM

DE TRANSITU B. FRANCISCI, ET DE PORTATIONE AD COELUM

*Ant.*—O decus angelicum, pater ingens ordinis almi.

Seraphici semper gloria nostra, vale.  
Fer, pater, auxilium nobis faveasque precamur:  
Qui tua nobiscum stigmata sacra colunt.  
Me quoque mendicum solita pietate gubernā.  
Qui tibi pro meritis munera parva fero.

*Psalm.*—Voce mea ad Dominum clamavi, etc.

## HYMNUS

Supernæ vocis jubilo  
Sanctorumque tripudio,  
Seraphicis clamoribus  
Exultet cælum laudibus.

Cælorum portas pandite,  
Minorum decus canite:

Vexilla regis gloriæ  
Portat miles victoriæ.

Supernæ sedis præmia  
Francisci tenet gloria,  
Triumphum post mirificum  
Chorum scandit mirificum.

Ad laudem regis gloriæ,  
Franciscisque memoriæ  
Hos finis post principium  
Convertat ad initium. Amen.

*Capit.*—Valde speciosus es in splendore tuo gyrasti cælum in circuitu gloriæ tuæ, dextera Excelsi coronavit te.

† Gloriosus apparuisti conspectu Domini.

℞ Propterea decorem induit te Dominus.

*Secunda parte.*



## ORATIO

Deus, qui sanctissimam animam beatissimi patris nostri Francisci, confessoris tui, fracto sacri corporis alabastro seraphicis spiritibus sociare dignatus es; da nobis famulis tuis, ut ejus meritis et intercessione, ad æterna polorum regna, te adjuvante, pervenire mereamur. Per...

*Ex thesauro precum et litaniarum  
Guillelmi Gazet.—Arras, 1602.)*

## ÍNDICE DE LA SEGUNDA PARTE

### CAP. I.—LA ORDEN TERCERA

Páginas.

Dos corrientes en la Edad Media.—La Iglesia encauza la corriente ascética.—Carácter, objeto y regla de la Orden Tercera.—Su utilidad social.—Luquesio y Bonadona.—Mateo de Rubeis.—División de la Orden.—Palabras de Pedro de las Viñas.—Terciarios célebres.—San Fernando y Berenguela su madre.—San Luis y Blanca de Castilla.—Dante, Calderón y Lope de Vega.—Últimas horas de Cervantes.—Colón en la Rábida.—La Orden Tercera en nuestros días..... 5

### CAP. II.—LA INDULGENCIA DE LAS ROSAS

San Francisco pide a Dios la indulgencia.—La obtiene de Honorio III.—El zarzal florido.—Visión gloriosa.—Promulgación.—Qué cosas son indulgencias y jubileos.—Su importancia social en la Edad Media.—El jubileo magno del siglo XIV.—El de la Porciúncula.—Alegoría de la penitencia en el Purgatorio de Dante..... 29

### CAP. III.—SAN FRANCISCO Y LA MUJER

La mujer en la Edad Media.—Influencia de la idea religiosa en el sexo femenino.—La hermana es-

*Segunda parte.*